

*Mandato relativo alla gabella
della straticozia di Salerno.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Mandato relativo alla gabella
della straticozia di Salerno.*

1269-02-14

Karolus etc. Iustitiario eidem(Principatus)etc. Benigne recepit Excellentia nostra licteras, quas nostro Culmini destinasti. Et quia signi ficasti... quod Guilielmus Garna de Salerno... coram iudice Iohanne Capud Grasso de Salerno, commissario tuo, cui commiseras... ut gabellam Stratigotie Salerni, concessam per Curiam nostram Iacobo Marquisano et Hugoni de Donnapenta... a primo februarii... per totum... mensem augusti XII ind., pro unciis auri CC..., solvendis.. per totum mensem aprilis... uncias... C et reliquas... C per totum mensem iulii..., faceret per terras famosas Iustitiariatus tui publice subastari, augmentavit cabellam eandem in unciis auri XXXV..., f. t. mandamus quatenus ab eodem Guilielmo de solvendo... Curie... dictas uncias auri XXXV... per totum mensem aprilis uncias... XVII et mediam et reliquas... per totum... mensem iulii... fideiussiones... recipere debeas.Faciens fieri... tria publica instrumenta consimilia, quorum unum ad Cameram, alium ad Magistros Rationales transmictas, et tertium penes te remaneat, tui ratiocinii tempore presentandum... Et eisdem Iacobo et Hugoni... significes quod desistant ab exercendo officio supradicto.Volumus insuper... quod cabellam eandem per Salernum et terras... Iustitiariatus tui facias publice subastari, et quicumque voluerit ultra quantitatem... CCXXXV unciarum auri in uncias auri XXX augmentare, coram te debeant comparere, quatenus ad Curiam... licterastuas... debeas destinare etc.... Datum Fogie, XIII februarii, XII ind.